



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Praxis Episcopalis**

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quām brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Pensionarius.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10447**

## PENSIONARIUS.

## POENA.

**P**rimò, pensionarius debet clericāliter vivere cum habitu, & tonsura clericali, nisi in aliquam militiam se conferret, debet esse legitimus, & recitare Officium Beatae Virginis, prout Bulla Pii V. relata à Navar. cap. 2 §. Potest petere pensionem, non exactam à prædecessore, à successore, si valor expressus fuit minor, debet minorem pensionem tenere per recompensationem pro expeditione Bullarum, Nav. cons. 3, de honest. cler. cons. 61, de sim. cons. 1, & 2, de solut. cons. 13, de rescript. teneatur pro rata ad reparationem Ecclesiarum, nisi pensio sic libera ab omni onere, cons. 1, de Eccles. adiſe, debetur, quando est constituta, habita, vel non habita possessione beneficii à beneficiario, quando hoc fuit appositum in facto, cons. 32, num. 4, de præb. potest solvi per solam signaturam in conscientia, nisi forma obſter, cons. 6, de nunc. cons. 55, de simon: cons. 2, de pali: cons. 2, de sol. si quis vellet redimere pensionem absque licentia Papæ, licet hoc fieri nequeat, tamen si fiat, non incurrit excommunicatio imposta contra simoniacos, cons. 59, 60, & 62, de simon.

Secundò, pensionarius potest disponere de redditibus expensione ecclesiastica perceptis in testamento, & eo intestato succedunt hæredes ad eosdem in c. cum officiis, n. 6. de testam. Gig. de pension. q. 52, quod tamen negat posse fieri de beneficio simplici, & hoc quia pension non cadit in materia beneficij.

**P**rimò, solet quis aliquando emittere votum poenale, ut si lusero tali ludo, solvam centum tali Ecclesie: si contrafecerit, & venerit Jubilæum, in quo conceditur commutatio votorum, an possit tunc confessarius dictum votum ex causa commutare tali Jubilai auctoritate?

Respondetur, quod sic, sed non remittere penam incursum ob illius fractionem, quia à diversis, & separatis non sit illatio, l. Pap. ff. de minor. c. ad audiētiam, de decim. Nav. cons. 31, de vot. ratio est, quia in Jubilæis datur facultas commutandi vota, & non remittendi transgressiones poenales, hoc tamen fallit in Episcopo, qui potest & vota commutare præter excepta, & poenam ex causa relaxare, prout in c. de pen. & remis. non omittam, quod hunc casum habui Surrenti, quidam Nobilis vovit Confraternitati sanctissimi Sacramenti, se soluturum centum, si luderet, postea contrafecit, Archiepiscopus illius civitatis fecit eum vocare Neapolii magna Curia Vicaria, ut eum cogeret ad solvendum dictam poenam, verum ab ea fuit decretum non deberi, quia pena non debetur, nisi quatenus concurrat interesse, ut dixi superius, in ver. penam.

Secundò, pena privationis beneficij, vel presentandi, vel eligendi in jure patronatus, vel depositionis, non debet imponi, nisi ibi reperitur expressum in jure, notat Abb. & gloss.